Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



49 81

fuerat efficacius nescebat quis esset. Jhesus autem declina
uit se a turba constituta in loco. Postea inuenit eum
Jhesus in templo et dixit ei. Ecce sanus factus es
iam noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat.
Abiit ille homo et nunciauit iudeis. quia Jhesus
esset qui fecit eum sanum. Ofertorium Miserere mihi domine quoniam ad te
clamauit tota die. Lauda anima mea dominum et
noli obliuisci omnes retributiones eius et renouabitur sicut aquile
iuuentus tua. Secreta Suscipe quesumus domine munera nostra oblata ser
uitiis et tua propitius dona sanctificando. Communio Con
turbentur et conturbentur omnes inimici mei auertantur retrorsum
et erubescant valde velociter. Complenda Respice
hanc domine familiam pro qua tua pietas
uenit in manus nostrorum malorum et iusta
delidenia compleantur. Super populum Exaudi
nos misericors deus et mentibus nostris gratiam tue lumine
infude. Per dominum. Sabbato die. Officium ad missam
Introitus Oculi mei semper ad dominum quoniam ipse euellet
de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mihi
quoniam unicus sum et pauper. Ps. Ad te domine clamauit
cor meum. Deus qui es salutis mee in die clamauit et nocte co
ram te. Oremus. Aeternam genitrix. Oratio.
Populum tuum quesumus domine propitius respice
atque a eo flagella tue iracundie clementer
auerte. Lectio libri Deuteronomii
In diebus illis. Orauit moyses ad dominum di
cens. Respice domine de sanctuario tuo et de
excelso celorum tabernaculo: et benedic populo tuo israel
et terre quam dedisti nobis. sicut iurasti patribus nostris
terram lacte et melle manantem. audi israel. Hodie
dominus deus tuus precepit tibi. ut facias man
data eius atque iudicia: et custodias et ipseas ex toto
corde tuo et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie ut
sit deus et ambules in viis eius et custodias ce